

ti etiam in collegiatis, & quicumque etiam beneficia simplicia ubicumque obtinentes teneantur intra duos menses fidei professionem facere coram Episcopo, vel ejus Generali Vicario, ut expresse sancitum fuit in Synodo Alexandrina 1753. tit. 1. de fidei professione post Antuerpiensem de anno 1609. tit. 1. can. 14. & Mechliniensem de eodem an. 1609. tit. 1. can. 4. & aliis passim.

34 De fidei professione emittenda à canonicis diximus in addit. ad verb. Beneficiatus art. 1. Illud autem hic non omittendum, quod licet ex resolutionibus Sac. Congr. Conc. Interpretis allegatis ab Auctore constans dicit Sac. Congreg. sententia fuerit, quod fidei professio fieri nequeat per procuratorem; tamen dubitari potest, num eadem Sac. Congr. in hac ipsa sententia steterit in Toletana 17. Aprilis 1728. tum in Mindonen. fructuum 26. Junii 1756. Consule folia harum causarum, resolutionesque quoad ipsas edia.

36 Lex autem hæc de faciendi fidei professione non solvitur per consuetudinem etiam constantem, sed solum per expressam exemptionem; Bened. XIV. Instit. eccl. 60. n. 7. Confer de hac ipsa materia professionis fidei eundem Sanctissimum dicit. Instit. eccl. 60. per tot.

ARTICULUS V.

Canonici quoad residentiam, chorum, & missam.

SUMMARIUM.

- 1 Canonici quantum temporis teneantur residere, & tempus absentie quomodo computetur, ad n. 14.
- 15 In quas penas incurrant canonici non residentes, ad n. 30.
- 31 An excusandi à culpa mortali, ad n. 32.
- 33 Quot sint, & quales, legitime cause Canonici excusantes à residentia, ad n. 39.
- 40 Canonici absentes an semper teneantur relinquere substitutum.
- 41 Que sint Canonici obligationes quoad horas canonicas, ad n. 56.
- 57 An possit Episcopus à Canonici juramentum exigere de fideliter punctanda.
- 58 Quot de causis Canonici punctandi sint, ad n. 61.
- 62 An laici tolerandi sin in choro, dum celebrantur divina.
- 63 Utrum possit solus ordinarius dispensare à choro Canonici vel capellanum.
- 64 Quis supplere debeat vias hebdomadarii absentis.
- 65 Missa consensualis nunquam omittenda, ad n. 77.
- 78 Observantur nonnulla circa missam solemnem, ad n. 87.
- 88 Agitur de prima dignitate, ad n. 90.
- 91 An suppleant canonici vias inferiorum, vel inferioribus ministrant, ad n. 92.
- 93 Quando teneantur dignitatibus inservire, & aliis Canonici celebrantibus, ad n. 99.
- 100 Numquid dignitates unquam Canonici celebrantibus ministrant.
- 101 Canonici, & dignitates an possint missas privatas celebrare tempore quo Episcopus solemniter celebrat, vel concionatur.
- 102 Subnectuntur Auctoris supplementa, ad n. 106.
- 107 Alta ejusdem, ad n. 127.
- 128 Additiones ex aliena manu, ad n. 131.

1 Canonici, sive cathedralium, sive collegiarum teneant saltem per novem menses residere in ecclesiis sui canonicatus, ita ut non liceat ipsis ultra tres menses ab eisdem quolibet anno abesse: Salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt, sicut absentiam trium mensium non concedunt; Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 11. de Reformat. ibi: "Præterea obtinentibus in eisdem cathedralibus, aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones non liceat vigore cujuslibet status, aut consuetudinis ultra tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse: Salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt;" Concordat c. Ex gestis 2. c. Relatum 4. c. Con-

querente 6. cap. Cum ad hoc 16. & cap. Clericus 17. de Clericis non residentibus, cap. Ad hæc 13. cap. Extrapandæ 30. §. Qui vero, & cap. Super inordinata 35. de Præbendis. Menses tres, quibus Canonici quolibet anno abesse possunt, continere debent nonaginta dies, ita ut quilibet mensis suos triginta dies contineat: Et dies isti possunt esse, vel continui, vel interpolati: Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Fagnan. in cap. Licet 35. de Præbend. num. 54. & 55. Ita tamen, ut non omnes Canonici possint simul abesse eodem tempore, nec ecclesia destituatur omni servitio, sed solum ea quot Canonici simul abesse possunt, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & capituli, & Sanctissimus approbavit sententiam Congregationis ad se relatum; subdens Concilium non dedisse tres menses capitulo, sed Canonici, scilicet singulis per vices. Sic apud Fagnan. loc. cit. Hujusmodi tres menses non debent incurrere in Natale, vel Pascha Domini, vel similes maximas solemnitates, aut in tempus Adventus, & Quadragesimæ, aut in dies Dominicos, & Festos totius anni. Ita decrevit Sac. Congr. Conc. in Interamnen. 21. Julii 1640. & alibi pluries, ut refert Zerola part. 1. præcis Episcop. verb. Privatio §. 4. num. 2. dub. 3. Garzias part. 3. de Benefic. c. 2. n. 316. Armendar. tit. de residentia num. 38. Ad sciendum spatium trium mensium non sunt computandæ horæ cujuslibet diei, sed dies integri absentie tantum; Neque ad constituendum servitium novem mensium colligendæ sunt punctaturæ, quas ii, qui novem partes punctaturarum ex duodecim, quæ ex servitio totius anni constanter, deserviendo tulerint, servitio punctaturarum debito satisfecerint, sed ipsi dies residentie, & servitii, sive continui fuerint, sive interpolati, numerandi sunt, ut compleant numerum dierum novem mensium. Sic responsum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Fagnan. loc. cit. num. 56. Unde statutum ecclesie permittens, ut Canonici propter loci frigiditatem, & aeris intemperiem in uno ex novem mensibus residentie, uni horæ tantum quotidie intersint pro lucrando fructibus illius mensis, est quidem contra Tridentinum: adeo ut non interessent omnibus horis in prædicto mense amittant illam ratam fructuum, quam amitterent in aliis octo mensibus, singulis horis non interessendo; non tamen incidunt in penam latam ab ipso Concilio, quasi abfuisset ultra tres menses. Sic respondit Sac. Congr. Concilii Episcopo Palatino, ut refert Fagnan. loc. cit. n. 57.

Fundationum privilegii, quibus ultra tres menses Canonici abesse licet, non est derogatum à Tridentino. Sic declaravit Sac. Cong. 21. Februarii 1578. teste Fagnan. loc. cit. num. 58. Nec ab ipso Tridentino sunt subblata statuta à Summo Pontifice confirmata, ut Canonici abesse possint ultra tres menses; Cardinalibus enim Sacra Congregationis, die 7. Julii 1575. in diversa abentibus, Gregorius XIII. his auditis jussit servari statutum confirmatum, ut refert Fagnan. loc. cit. num. 59. Immo cum postea dubitatum fuisset, an per Concilium esset sublatum quoddam statutum ecclesie Eboren. ante ipsum Concilium à Sede Apostolica confirmatum, ut Canonici semel in vita anno abesse possint Jerusalem proficiendi causa, & sex mensibus cum Basilicam S. Petri quolibet quinquennio visitare vellent? Sac. Congr. censuit statum hujusmodi à Sede Apostolica confirmatum, non esse sublatum per Concilium; & ita etiam Sanctissimus probavit, ut refert Fagnan. ibid. num. 60. Ut Canonici abesse possint tribus mensibus à Concilio permissis, nec Episcopi, nec capituli licentia, nec causa requiritur, & possunt Canonici tum abesse etiam ex causa recreationis. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Zerola in præcis Episcop. part. 1. verb. Privatio §. 2. dub. 4. Garzias d. cap. 2. num. 314. & 315. Barbos. diff. allegat. 53. num. 118. Fagnan. loc. cit. num. 52. Et sic novissime respondit Sac. Congr. Concilii in Castimariis 4. Maji 1737. pro absentia intra diecesim; si tamen velint abesse extra diocesim, requiritur licentia Episcopi, ut expresse statuit ibidem in responsione ad 2. dub. Licet autem Canonici possint libere, & licite abesse illis tribus mensibus, non tamen pro eo tempore lucrantur distributiones quotidianas, sed solum fructus grossos, seu præben-

endam. Sic declaravit Sac. Congr. Concilii ut referunt Flaminius de resign. lib. 1. q. 10. n. 76. Gonzal. ad Regul. 8. Cancelli §. 9. promissal. n. 182. Moner. de distributionibus quotidianis part. 1. q. 6. Fagnan. l. c. n. 32. & 93. Barbos. diff. alleg. 53. n. 124. Potest Episcopus ob legitimam causam dare Canonici suis facultatem, ut possint abesse per quatuor menses. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Armendar. l. c. n. 124. Comitol. respons. moral. lib. 1. q. 59. n. 2. Garzias loc. cit. n. 411. & 413. Alzed. de præstantia Episcop. dign. p. 2. cap. 9. n. 39. Barbos. l. c. n. 123. & Fagn. l. c. n. 47. Abi dicit, quod Sanctissimus die 7. Octob. 1580. audita relatione Congregationis impertitus est facultatem Episcopo, ut possit singulis annis, si sibi justæ causæ videbuntur, licentiam concedere Canonici non residenti per alium mensem, ultra tres à Concilio eis concessos. Si per speciale aliquum ecclesiarum constitutionem, aut consuetudinem, longius servitii tempus requiratur, non est licitum Canonici per tres menses abesse; sic expresse statuit Conc. diff. sess. 24. cap. 12. ibi: Salvis nihilominus earum ecclesiarum constitutionibus, quæ longius servitii tempus requirunt. Unde Fagnan. loc. cit. n. 51. refert, quod Canonici per constitutiones suarum ecclesiarum ad longius residentie tempus adstrictis, atque postulantiibus ex gratia vacationem trium mensium, Sac. Congr. suo tempore semper abnuerit. Dato tamen quod alicuius ecclesie constitutio, ut consuetudo requiratur servitium totius anni, tunc licitum est Canonici per tres menses abesse. Sic refert Garzias part. 3. de beneficiis cap. 2. n. 311. & 312. declarasse Sac. Congr. in una Astore. his verbis: "Decretum Concilii cap. 12. sess. 24. concedit Canonici absentiam trium mensium, si constitutiones ecclesie servitii totius anni requirunt." Residentia enim totius anni nimis dura videtur, maxime spectata fragilitate humana. Sic tenet idem Garzias l. c. Barbos. diff. alleg. 52. n. 121. Armend. l. c. n. 35. & alii. Advertendum tamen est, quod in Astore. cum Canonici ecclesie cathedralis assiduum singulis diebus servitium præstare solerent, & indultum vacationis per tres menses postulerent, die 19. Decemb. 1722. rescriptum fuit pro gratia ad duos menses, ut ad normam decreti editi in Farfen. 13. Novemb. 1655. Neque quod omnes interesse divinis officiis deberent diebus Dominicis per omne tempus Adventus, Quadragesimæ, Octavæ Nativitatis Domini, ejusque Resurrectionis, nec non Pentecostes, & Corporis Christi; & numquam plures Canonici, quam in tertia parte eodem tempore frui vacatione possent. Et in Syponina servitii ecclesie die 6. Februarii 1734. ad dub.: An decretum capituli concedens dignitatis, & Canonici vacationem per tres menses, cum conditionibus in eo prescriptis, sustineatur in casu &c. Respondit Negative, & amplius, divisi enim erant Canonici, quorum alii volebant continuare servitium sine vacatione, & alii volebant vacationem.

15 Canonici non residentes per novem menses incidunt in penas Concilii Tridentini mox adductas. Immo in ipsas Tridentini penas incidunt etiam Canonici, qui majori servitio ecclesie, quam novem mensium sunt adstricti, si non resederint per tempus ipsum majus sibi constitutum. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii refert Garzias d. cap. 2. n. 144. Barbosa d. alleg. 53. n. 146. & Fagnan. in cir. cap. Licet num. 50. ubi dicit, quod proposito dubio: An Canonici, qui majori servitio ecclesie, quam novem mensium, sunt adstricti, subjaceant, si non resederint, eisdem penis, de quibus in dicto cap. 12. Sac. Congr. censuit subjacere. Penæ autem à Tridentino impositæ Canonici, ut supra, non residentibus, sunt quod absens ultra tempus permissum primo anno privetur dimidia parte fructuum, & quidem ad ratam mensium, quibus abfuit; sin non, est integer annus, ut censuit Sac. Congr. teste Fagnan. in cap. Ex tunc 11. de Clericis non residentibus n. 15. Secundo anno omnibus fructibus; Et tertio anno privetur etiam titulo canonicatus; sic ipsum Concilium sess. 24. cap. 12. §. præterea ibi: "Alloquin primo anno privetur unusquisque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac residentie fecit suos. Quod si iterum eadem fuerit

usus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit; crescente vero contumacia, contra eos juxta Sacrorum Canonum constitutiones procedatur." Id est, ad privationem tituli. Canonici tamen, qui ob absentiam in penam privationis fructuum incurrunt; non tenentur istos in conscientia restituere ante sententiam condemnatoriam iudicis; sic colligitur ex ipso verbo Concilii Privetur; quod non operatur ipso jure, sed per sententiam. Garz. part. 3. de benef. cap. 2. n. 151. & 152. Barbosa de Canonici cap. 20. num. 22. Fagnan. in cir. cap. Licet, de Præbend. n. 26. & Rota in causa Caurien. fructuum coram Orano 10. Aprilis 1592. Ad incutendam à Canonici non residentibus penam privationis fructuum, non est opus prævia monitione, ut resideant; arg. cap. Potuit 4. de locato ibi: "Non obstantem, quod ei ut canonem solveret non extitit nunciatum, nec in hoc casu dies statuta per domino interpellat." & sic expresse decisum fuisse à Sac. Congr. Concilii. refert Garzias d. cap. 2. num. 145. Fructus illi, quibus privandi sunt Canonici non residentes per constituto tempore, debent applicari in usum, & fabricam ecclesie, si indigeat; aliis alteri pio loco, arbitrio ordinarii. Sic decrevit Sac. Congr. ut refert Garzias cir. cap. 2. numer. 146. & 147. Armend. in addit. ad recop. legum. Navarra lib. 2. tit. 23. de residentia num. 10. Castropalao in opere morali tract. 7. de Orat. disp. 3. punct. 8. n. 6. Barbosa d. allegat. 53. num. 150.

Penarum gradus contra Canonicos non residentes à Concilio d. cap. 12. prescripti sunt necessario servandi, antequam deveniatur ad privationem: aliis ipsa privatio, seu sententia privationis erit nulla. Sic Sac. Rota in Salamantina de Petro die 15. Decemb. 1576. coram Seraphino, & in una Oriolen. Canonicatus 14. Mart. 1622. coram Navarro. Licet enim secundum aliquos Canones Canonici absens privari posset beneficio, si infra congruum terminum sibi præfixum ad residentiam non redisset; ut habetur in c. Pervenit 28. de appellat. & cap. Inter quatuor 10. & cap. Clericus 17. de Clericis non residentibus: Tamen ex nova dispositione Concilii Tridentini loc. supra cit. sub n. 16. Canonici ob absentiam privari non potest titulo, nisi post lapsum trium annorum, ut declaravit Sac. Congr. ipsius Concilii Interpres; Cum enim Episcopus Tarentinus olim petiisset declarari à Sac. Congr. Concilii. An recte processisset contra Subcantorem Canonici ecclesie sue jam decem, & octo menses absentem, cum ei comminatus fuisset penam privationis, si intra mensem non resideret; Sac. Congr. declaravit Concilium clare disposuisse expectandum esse lapsum trium annorum, antequam ad privationem in totum procedatur, ut in dict. cap. 12. sess. 24. vers. Præterea obtinentibus. Nam in primo amittit non residens dimidiam partem, in secundo omnes fructus, in tertio privatur titulo, & ita rescriptum fuit plurimis Episcopis. Sic præcis refert Fagnan. in d. cap. Licet de Præbend. num. 26. & Garzias part. 3. de beneficiis cap. 2. num. 140. adducit etiam declarationem Sacra Congr. Concilii. quæ sic habet: Redarguitur Episcopus, qui primo anno in cathedrali, vel collegiata ecclesia non residentem privavit. Dispositum enim expresse Concilium, ut post primum, & secundum annum absentie canonicorum: Crescente contumacia, contra eos juxta sacrorum canonum constitutiones procedatur. Unde postquam juxta Concilium Canonici absens fuit privatus pro primo anno medietate fructuum, & pro secundo anno omnibus fructibus; si sine legitimo impedimento sit adhuc contumaciter abens, debet juxta sacrorum canonum constitutiones, si sciatur ubi existit, personaliter moneri, seu citari, ut redeat ad residendum in termino congruo, arbitrio Episcopi sibi præfigendo, sub pena privationis, nisi respiciat: c. Ex parte vestra 8. & c. Clericos 17. de Clericis non residentibus; si vero ignoratur, ubi existat, tunc trine citationis edicto in valvis ecclesie beneficii assignando, debet vocari, seu citari, atque post ultimam citationem per sex menses expectari, quibus elapsis, si sine legitimo probato impedimento Canonici resideat contempserit, non amplius privandus est fructibus, sed beneficio est omnino spoliandus, juxta formam præscriptam in c. Ex tunc

devotionis 11. de Cler. non residentibus, quam Concil. non immutavit, immo expresse preservavit in d. sess. 24. 12. ibi: Contra eos iusta sacrorum canonum constitutiones procedatur, id est, beneficio priventur ad eum modum, quo sacri canones prescribunt. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Conc. referunt Armend. loc. cit. n. 98. Barbosa d. alleg. 53. num. 146.

Ad propositum juvat adducere quæ in una Cathacena fuerunt quasita, & à S. C. Concil. fuerunt resoluta, prout sequitur.

1 An in causa privationis beneficii ob non residentiam debeant servari dilaciones trium annorum à Sacro Concilio descriptæ?

2 An servatio dictarum dilacionum sit arbitraria Ordinatio in canonicis?

3 An ex eo, quod canonicus Cathacena, quatenus etiam consistet in solis distributionibus sine præbendis, aut massa grossa, in illius privationem ob non residentiam dictæ temporum dilaciones à Sac. Concilio præscriptæ potuerint ab Ordinario remitti eo quod illius cap. dispositio non applicetur: cum non existentibus fructibus non potuerit fieri sequestrum?

4 An ex eo quod idem Canonicus absens fuerit spatio duorum, & plus annorum, post quorum lapsum tantum fuerit monitus, currat eidem terminus trium annorum à Sac. Concilio indulgentior, vel sex mensium à die absentia, vel à die primæ monitionis?

5 An à privatione etiam ser. ser. facta ab Ordinario canonicus ob non residentiam, detur appellatio suspensiva, vel tantum devolutiva?

Die 14. Novemb. 1671. Eadem Cong. re mature discussa, censuit:

Ad 1. Affirmative.

Ad 2. Negative.

Ad 3. In casu proposito posse omitti sequestrationes fructuum, non vero dilaciones temporum.

Ad 4. Incipere triennium à die absentia.

Ad 5. Non dari suspensionem.

Et cum postea in eadem causa pro dilucidatione 4. Dubii quasitum esset, an contra dict. Canonicum non residentem posset procedi ad privationem juxta sacrorum canonum constitutiones post lapsum trium mensium, & ultra, secundi anni, vel expectandum esset, quod laboraretur tertius annus integre.

Die 21. Maji 1672. censuit, expectandum esse triennium completum.

Verum est tamen, quod pendente ipso triennio poterit Episcopus prævis citationibus contra Canonicos absentes procedere per censuras, illosque suspendere, & excommunicare, non obstante, quod inchoata sit via iudicii præscripta à Concilio, juxta dispositionem text. in cap. Ex tua devotionis 11. §. Contra eos, de Clericis non residentibus, prout eadem S. Congr. declaravit in Palentina 18. Novembris 1673. Penæ Canonicorum non residentium possunt infligi etiam contra Canonicos coadjutores cum futura successione, & ideo monendi sunt ad residendum sub pœna privationis, ut respondit eadem Sac. Congr. Concil. 12. Martii 1672. & in Osomen.

8. Maji 1688. Penas autem contra Canonicos non residentes, non potest Episcopus remittere in totum; bene tamen ante sententiam minuire, vel augere; sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. referunt Garzias dict. cap. 2. num. 150. Reiffestuel loc. cit. num. 128. & Fagnanus in l. 1. decretal. cap. Irrefragabili §. Excessus, de offio. ordin. num. 28. ubi refert, quod cum Episcopus Vercellensis supplicasset declarari, an hujusmodi penam posset ipsis Canonicis remittere? Sac. Congr. censuit, posse Episcopum ante sententiam, vel in actu sententia ex causa juxta augere, vel diminuire, & non in totum remittere.

30 Canonicus si in novem mensibus anni absque legitima causa à residentia notabiliter absint, ultra supradictas penas, incurrit etiam secundum multos culpam mortalem. Sic tenent Emmanuel Sa. in apborism. verb. Residentia num. 1. Nicolaus Garzias cit. cap. 2. num. 327. Squillant. de obligat. Clericor. part. 1. num. 120. Sanctatell. var. resolut. quart. 4. num. 24. Filluc. quart. moral. tom. 2. tract. 23. cap. 7. num. 207. Suarez de religio. tom. 2. lib. 4. cap. 10. num. 17. & cap. 18. n. 5. Diana Mor. Res. part. 2. tract. 3. res. 31. Machado lib. 4. tract. 3. document. 4. num. 1. Leander part. 6. tract. 8. disput. 6. quest. 33. & quest. Barbosa de Canonicis cap. 20. num. 8. & alii. Et ratio est, quia Canonicus sub gravissimis penis, & sub districto obedientia præcepto adstringuntur ad assistantiam chori, cap. Dolentes 9. de celebrat. missarum. Immo ex Garzia, dict. cap. 2. n. 322. declar. 29. Armendar. in addit. ad recopilum Navaræ lib. 2. tit. 23. de resident. n. 41. & Barbosa loc. cit. n. 9. nec excusantur à culpa mortali; quamvis velint quotidianas distributiones amittere. À culpa mortali tamen eos minus probabiliter excusant Tamburini. lib. 2. in decal. cap. 5. §. 4. num. 7. & alii apud Leandrum cit. quest. 33. dummodo habeant animum cedendi distributiones tempore absentia, & non deficiant in contemptum, aut contra præceptum superioris, vel ex eorum defectu non omittant officium in ecclesia, aut non dicatur cum debita solemnitate; & ratio istorum est, quia nullus adeo textus, ex quo mortalis obligatio colligatur pro residentia Canonicorum, sicuti clare habetur pro residentia parochorum in Tridentino sess. 23. cap. 1. de reformat. Tum quia concurrit praxis multorum prudentium, qui nullum sibi conscientia scrupulum faciunt existimantes in eo non peccare, nec communitur id notatur. (¶ Verùm hæc Tamburini sententiam laxitatem reddere, quis non videt? ¶

Dantur tamen aliquæ legitimæ cause omnino excusantes à continua residentia; & istæ generatim loquendo sunt quatuor, scilicet christiana caritas, urgentes necessitates, debita obedientia, & evidens ecclesie, vel reipublice utilitas, uti colligitur ex Trident. sess. 23. cap. 1. de reformat. ibi: Cum christiana caritas, urgentes necessitates, debita obedientia, & evidens ecclesie, vel reipublice utilitas, aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant. Ad primam causam christianæ charitatis, seu pietatis pertinet, si Canonicus à loco beneficii, seu canonicatus discedat causa juvandi proximum auxilio indigentem, v. gr. ad dirimendas lites, aut sedanda odia, quæ inter quosdam sint suborta, & hujusmodi. Ad secundam causam urgentis necessitatis pertinet, si Canonicus absit propter aeris intemperiem, vel corporis infirmitatem, juxta cap. Præsentium 3. caus. 7. quest. 1. & cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus, vel ad effugendam Tyranni persecutionem, seu ad evitandas capitales inimicitias contra ejus personam subortas, ut notat Gloss. in cap. Clericos 17. de Clericis non resident. verb. Excusationem rationabilem, & in clementina 1. de statu monachorum §. Ceterum, verb. Causa rationabili, vel ad prosequendam litem super jure canonico; aut ob piam peregrinationem, seu similem honestam causam, imperata tamen licentia prælati, sicuti habetur in cap. Relatum 4. justa Gloss. ibid. verb. Prælatorum. de Clericis non residentibus. Ad tertiam causam debitæ obedientia, & servitium ecclesie; cap. Ex art. 13. & cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus, vel causa adveniendi Synodum generalem, seu provincialem, aut diocesanam, vel causa studiorum; cap. Relatum 4. de Clericis non residentibus. Toties enim ecclesie universalis per maxime interest ad sui regimen, & servitium viros habere literatos; cap. Cum ex eo 34. de election. n. 6. Et in cap. Super specula 5. de magistrie, permissit beneficiatis, ut quinquennio theologie studere, eandem vero quamdiu voluerint docere absentes possint, sine redditum privatione. Speciatim etiam conceditur, ut duo Canonicus in servitio Episcopi

occupati pro residentibus habeantur; cap. De cetero 7. & cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus. Et isti duo Canonicus possunt ab Episcopo assumi, sive ex cathedrali, sive ex collegiata, ut à Sac. Congr. Concil. fuit expresse decisum propositio dubio in hæc verba: in causa Colonien. petente Archiep. Electore, an liceret pro servitio sua diocesis assumere duos Canonicos ex qualibet collegiata, sicut licet assumere eos cathedrali? Sac. Congr. die 9. Septemb. 1628. censuit Episcopum posse uti opera duorum Canonicorum, sive de cathedrali, sive de collegiata ecclesia, sed non plus duobus, sic refert Barbosa de Canonicis cap. 25. n. 3. Canonicus ex justa causa absentes non tenentur relinquere substitutum, ac per hunc interim deservire, non obstante immemorabili consuetudine; sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. referunt Garzias dict. part. 3. cap. 2. n. 197. & Fagnanus in cap. Nulla 2. de concess. præbend. n. 37. Alia de residentia vid. verb. Distributiones.

31 Canonicus tenentur recitare officium in choro: Nec ipsis potest Episcopus concedere, ut officient in sacristia; Sac. Congr. Episcop. in Signina 12. Januar. 1604. Post tamen aliquando ex causa, veluti ob frigus, extra chorum arbitrio Episcopi recitari divinum officium in diebus ferialibus, in diebus vero festivis omnino recitandum est in choro; Sac. Rit. Congr. in Lunen. Sarzan. 5. Martii 1633. Et Sac. Congr. Episc. in una S. Severini 13. Septembr. 1641. decrevit esse tolerandum, quod Canonicus tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus matutinum in sacristia. In choro non est à Canonicis inchoandum officium statim signo dato, sed elapsa tertia parte horæ; Sac. Rit. Congr. in Tarentina Cryptalarum Septemb. 1601. ad 5. dub. Et dato ipso signo debent Canonicus in choro officium inchoare non expectato Vicario. Eadem Sac. Rit. Congr. in Neritonen. 4. Februar. 1606. Canonicus sub onere, & obligatione restitutionis fructuum tenentur psallere, seu canere in choro cum aliis, & non satisfaciunt, si solum assistant, & intersint horis, & per capellanos, & alios beneficia-rios psallant, ipsi vero, vel ibi, vel domi privatim recitent horas; quia institutum canonicatum est, non ut adsint tantum in choro, sed ut canendo assistant, & ob id eis dantur distributiones; ut colligitur ex Trid. sess. 24. cap. 12. de reformat. ibi: "Omnes vero divina per se, & non per substitutos compellantur obire officia... atque in choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devotèque laudare;?" & sic censuit Sac. Congr. Concil. nam propositio dubio: "An Canonicus, & alii, qui intersunt divinis officiis, satisfaciunt eorum muneri exhibendo suam presentiam in choro, etiam quod non cantent, neque psallant; maxime si allegarent, se toto tempore meditari, vel submissa voce dicere, quæ ab aliis cantantur, vel alias piis precibus tunc recitare? An vero teneantur precise alta, & consona voce divina officia, & horas canonicas recitare, cantare, & psallere, & aliter non satisfaciunt muneri, & obligationi?" Eadem Sac. Congr. sub die 20. April. 1602. censuit teneri omnino psallere, alioquin obligationi suæ non satisfacere. Vide verb. Missa art. 3. n. 11. ubi ad id afferunt novissima dispositio Benedicti XIV. Canonicus ex decetia debent alta voce cantare in choro, & Episcopus potest illos ad hoc hortari, sed non cogere; Sac. Congr. Rituum in Eginatensis 24. Novemb. 1602. Canonicus non tenentur ad harmonicam modulationem canus figurati, sed satisfaciunt in magnis festivitibus, in quibus ecclesia eo cantu utitur assistendo cum debita attentione cantoribus: Ita cum pluribus à se citatis Barb. de Canonicis c. 34. n. 14. Canonicus, qui solebant cantare majusculum una hora post ortum solis, non sunt cogendi, ut matutinum ante ortum solis cantent. Sac. Congr. Rit. in Arculana 16. Septemb. 1606. Canonicus quamvis pauci sint, puta duo; vel tres, tenentur canere, seu recitare officium in choro; aliis possunt ad ordinariis distributionibus punctatim privati. Sac. Congr. Concil. in Nullius Orbetelli 31. Martii 1606.

32 Canonicus tenentur recitare in choro officium defunctorum, psalmos graduales, & poenitentiales solum juxta constitutionem S. Pii V. & non alias. Sac. Congr. Rit. in Suessan. 28. Januar. 1606. Et qui prædicta non recitant, minime peccant. Eadem Sac. Congr. in Barchin. 10. Januar. 1609. Canonicus recitantes in choro officium B. Virginis Mariæ in semiduplicibus, & Dominicis ex consuetudine, illa deinceps uti possunt, non obstante rubrica Breviarium; Sac. Congr. Rit. 1. Septemb. 1607. Canonicus recitantes in choro officium parvum B. Virginis Mariæ tempore Pesehali, debent facere sine addito alleluia. Sac. Rit. Congr. 28. Martii 1626. Canonicus tamen non tenentur recitare in choro officium Beate M. V. ubi non est consuetudo; ex Bulla enim S. Pii V. incip. Quod à nobis, romano breviario præfixa, pro his, qui romanum ritum servant, sublatum est hoc onus, ubi contra consuetudo illud recitandi non vigeat; quæ est Pontificis non abstrulit, sed jussit servari, ut observat Pagnan. in cap. 1. num. 35. de celebr. Missar. Immo S. Pontifex in ipsa constitutione, ut videri potest in principio Breviarium, tollit peccati obligationem, quæ erat recitandi in choro officium parvum B. Mariæ V. defunctorum, psalmos poenitentiales, & graduales juxta rubricas Breviarium. Canonicos cogere potest Episcopus ad præstandum juramentum de fideliter punctando in choro. Sac. Congr. Concil. 17. Martii 1619. Canonicus non possunt exire à choro, nisi petita venia ab Archidiacono, sive Presidente per salutationem sub pœna punctationis; ut præscripsit Sac. Congr. Episcop. in Aprutina 18. April. 1617. & declaravit Sac. Congr. Concil. in Lunen. Sarzanen. 4. Jun. 1701. Canonicus confabulantes in choro sunt puniendi, & privati distributionibus tamquam absentes, ut rescripsit Sac. Congr. Episcop. Episcopo Nucerno 7. Septemb. 1594. Canonicus, & dignitates non debent in choro habere stratum, sive tapetum. Sac. Congr. Rit. in Herbipolen. Præminentiarum 22. Novemb. 1698. & in Urbinaten. 23. Jun. 1700. Canonicus in choro, vel in ecclesia divinis officiis interessentes sine habitu canonicali, & superpelliceo, debent punctari. Sac. Congr. Rit. in Lunen. Sarzanen. 3. Martii 1633. Canonicus non debent permittere, ut laici, dum divina celebrantur, stent, vel sedeant in choro. Sac. Congr. Rit. in Compostellan. 4. Februar. 1600. Canonicum, vel capellanum potest ordinarius excusare à choro ex causa justa comprehensa in capite unic. de Clericis non residentibus in 6. sine consensu aliorum Canonicorum, & capellanorum. Sic decisum fuisse à Sac. Congr. Concil. ut refert Garzias de beneficiis part. 3. cap. 2. n. 407. Canonicus junior in choro juxta consuetudinem ecclesie debet supplere vices hebdomadarii absentis, vel impediti, & non coadjutor, licet sedeat post ultimum Canonicum. Sac. Congr. Rit. in Elboren. 15. April. 1606.

33 Canonicus tenentur quotidie ad canendam missam conventualem; adesse enim in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis obligationem cantandi quotidie missam conventualem tradunt communiter Doctores, præsertim Gloss. in cap. Cum creatura 51. de celebrat. missar. ubi Abbas, Joân. Andr. Fagnani, & ceteri Canonistæ, idque sub mortali, quia est de materia gravi, & quæ omnium plurimum confert ad divinum cultum, cui maxime detraheretur, immopiusquam si non celebrarentur. horæ canonicæ, cum major sit cultus Sacrificii, quàm horarum canonicarum; stante autem gravitate materiae consurgit gravis obligatio. Sic expresse Pignatelli. tom. 1. consult. 321. num. 2. & consult. 391.

34 Et missam conventualem canendam esse quotidie in cathedralibus, & collegiatis, pluries decrevit Sac. Congr. Rit. & signanter 14. Januar. 1603. & in Faventina sub die 25. Jun. 1611. & sub die 28. Jan. 1612. decrevit Canonicos teneri omnino ad cantandam missam de die. Et etiam in illis diebus, quibus cantant aliquam missam votivam; eadem Sac. Congr. in una Urbinaten. 21. Jan. 1611. Non enim pro missa votiva omitti potest missa conventualis. Eadem Sac. Congr. in dicta Favent. sub die 16. Febr. 1627. Et abrogatur omnis consuetudo non cantandi missam de die, ultra votivam, seu pro defunctis. Eadem Sac. Congr. in dicta Faventina sub die 18. Jan. 169. & 28. Augusti 1628. Unde licet in illis ecclesiis, in quibus adest inveterata consuetudo cantandi missam votivam de B. M. Virgine singulis diebus sabbati, possit hic

hic pius usus, seu populorum devotio continuari etiam in sabbatis festo duplici impeditis, non est tamen omittenda missa conventuali. Eadem Sac. Cong. 2. Decemb. 1684. Præterea missa conventuali in Quadragesima Adventu, Quatuor temporibus, & similibus, etiam quod in diebus occurrat festum duplex, non est omittenda, sed utraque missa, nempe de sancto, & de feria, est celebranda. Eadem Sac. Congreg. in Lunen. Sarzanen. 5. Mart. 1633. Hinc cum Canonici ecclesiæ cathedralis faventur petissent eximi ab obligatione canendi missam conventualem de die, quotiescumque eadem die altam missam cantasset votivam, vel defunctorum; Sac. Congreg. Rit. de mente Mart. 1631. respondit, non posse præmitti Conventualem. Et sic jam fuerat decisum in una Saranen. cum enim Canonici cathedralis Sarnensis ex conventionem cum Episc. à nonaginta annis inita, consueverissent singulis hebdomadis tres missas canere, videlicet feria secunda pro defunctis, feria quarta de Angelis, & feria sexta de S. Cruce; Episcopus successor eos compellebat ad canendam quotidie missam conventualem præter supra dictas; sed cum ecclesia extra habitationes, & in loco insalubris Cæli sita esset, & in ea vix decem extarent Canonici, quorum sæpe aliqui ægrotabat, præterquam quod curam habebant animarum; idcirco petissent benigne secum agi, ut ad dictam missam conventualem non tenerentur, nisi in diebus festis, die 9. Novemb. 1613. S. Cong. Conc. censuit quod peritur non concedendum.

73. In cathedralibus, & collegiatis non potest omitti altera ex duabus missis cantandis ob celebrationem capituli Canoniorum. Sac. Cong. Rit. 16. Maji 1626. Missa defunctorum cantari debet à Canonis iuxta legem foundationis, etiam in illis diebus, in quibus ex præscripto missalis cantatur alia missa pro defunctis, ut decrevit Sac. Cong. Concil. in una Ipren. Cum enim in insigni collegiata S. Petri Casalensis Ipren. diocesis essent fundata tria beneficia, quorum possessores soliti erant per totum annum vicissim cantare missam pro fuitore dicte ecclesiæ, & aliis defunctis, dictaque missa, & vigilia defunctorum decantari consueverint in choro, quando officium fiebat de feria, vel festo simplici; quidam Canonici dicte ecclesiæ sub prætextu, quod in missali romano caveatur, ut prima die cuiuslibet mensis, & secunda feria cuiuslibet hebdomadæ non impedita, in collegiatis ecclesiis dicantur duæ missæ, una pro defunctis, & alia de feria, seu festo simplici; præterdebant satisfieri dicte fundationi, si missæ, ut præfertur, cantari solitæ, demissa voce legerentur. Unde cum quæsitum esset, an satisfaceret, vel potius obstaret cap. 5. sess. 25. Sac. Cong. Concil. censuit missas cantandas esse iuxta eam fundationem. Nec propter anniversarium, seu aliam missam defunctorum, potest omitti missa conventuali cantanda die, seu de officio currente. Sac. Rit. Cong. 28. August. 1628. Canonici pro missa conventuali, quam quotidie celebrare, & sacrificium pro benefactoribus, & fundatoribus applicare tenentur, nullatenus possunt aliam elemosynam recipere, non obstante contraria consuetudine, nec tenuitate reddituum; Sac. Cong. Conc. in una Elven. die 4. Maji 1646. ad c. 2. sess. 25. de reform. in una civitat. castellan. 4. Mart. 1690. in una Hydrunt. 1. Mart. 1692. in una Cathacen. 29. Novemb. 1698. & tenet solide Pignat. 1. cons. 321. Monacell. p. 1. tit. 2. form. 4. n. 27. Vid. verb. Missa art. 3. n. 11. ubi ad id afferitur novissima dispositio Benedicti XIV. Pro hujusmodi missa conventuali debetur Canonis distributio ex massa communi; Sac. Cong. Conc. in dict. Elven. die 23. Febr. 1647. & tenet Pignatell. tom. 1. consulti. 322.

78. Canonici, qui missam solemnem celebrant die Dominico, tenentur officium vespertinum facere eodem die post prandium, non obstante quacumque contraria consuetudine. Sac. Cong. Rit. in Astina 25. Januar. 1605.

79. Canonici, vel alius sacerdos, qui celebrat missam conventualem, in qua chorus tenetur cantare symbolum, non potest illam prosequi eo tempore, quo à choro cantatur Symbolum prædictum. Sac. Cong. Rit. 17. Decemb. 1695. Non est faciendi altaristhurificatio in missa conventuali dierum solemniū, si absque cantu, & ministris celebraretur. Sac. Cong. Rit. 22. Jani 1701. Canonici

missam celebrans in ecclesia, vel ex devotione, vel ex obligatione, tempore, quo cantatur una hora in choro, non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest, nisi in illa hora ad celebrandam missam ab eo, ad quem pertinet, compulsus, & jussus fuerit. Sac. Cong. Conc. in Caliten. 29. Julii 1628. in respons. ad 4. & in Oriolen. 27. Martii 1632. in respons. ad 12. Canonici missam celebrantes coram Episcopo, non debent sedere in sede cum postergali, sed in scamno oblongo, tapeto, vel panno cooperto, in latere epistolæ. Sac. Rit. Cong. in Turitana 19. Maji 1614. Canonici, & dignitates tenentur per seipsos divina officia obire, nec non missas majores canere illis diebus, quibus ad eas decantandas obligati sunt. Sac. Cong. Concil. in Segobien. 21. Julii 1590. Canonici, & dignitates in decantatione missæ, evangelii, epistolæ, & in functione simulum, debent per se ipsos subire, & exercere munera incumbentia, & annexa. Quod si aliqui legitimo impedimento detenti, ea per se ipsos adimplere non poterint, tunc alios, ejusdem tenore ordinis, & gradus, non autem inferioris; dignitates nempe alias dignitates, Canonici alios Canonicos, & portiones respective portiones in sua quaque hebdomada, ne graduum, & ordinum prærogativæ confundantur, deputare debent. Sac. Rit. Cong. in Abulen. 18. Martii 1602. At hoc non videtur observari, quia passim dignitate aliqua impedita, celebrant pro ea Canonici, & alii ministrant, sicuti ministrant dignitati, & admittunt ipsa decreta Sac. Cong. Rit. in Mediol. 16. Maji 1643. Bellocat. 11. Junii ejusdem anni, & in Taroesina 26. Aug. 1645. Missas Pontificales celebrare, absente Episcopo, pertinet ad primam dignitatem, vel ad antiquiorem Canonicum, non autem ad Canonicum hebdomadariū. Sac. Cong. Rit. in Taroesina 10. Jan. 1597. & in Vallisletana 11. Julii 1606. & in Pitavien. 21. Martii 1609. Si vero sit consuetudo immemorabilis, quod ad Canonicum hebdomadariū, vel ad archipresbyterum, licet non sit prima dignitas, vel ad aliam dignitatem hujusmodi functiones spectent, servanda est consuetudo, quæ non tollitur per caremone. Sac. Rit. Cong. in Asten. 25. Januarii 1602. & in Hydruntina 30. Jan. 1616. & in Monopolit. 3. Sept. 1616. Canonico solemnitè celebranti pro diacono, & subdiacono inservire debent pariter Canonici, non obstante immemorabili contraria consuetudine, quæ potius est abusus, & corruptela. Sac. Cong. Rit. in Calaguriana 7. Sept. 1593. in Ceneten. 14. Februar. 1617. in Colonien. 31. Martii 1638. * Ubi declaravit, Canonico solemnitè celebranti pro diacono, & subdiacono, inservire debere pariter Canonicos, non autem capellanos, non obstante immemorabili contraria consuetudine allegata, quæ venit prius formiter probanda, & subjuncti, Canonico solemnitè celebranti pro diacono & subdiacono inservire debere Canonicos habentes præbendam diaconalem, & subdiaconalem? Et in Alexandrina 17. Maji 1719. ubi per Eminent. Cardinalem Gabrielum proposito dubio. * An capellani capellantarum erectarum in ecclesia cathedrali Alexandrina, vigore dispositionis quondam Canonici Pomesani, teneantur inservire in officio diaconi, & subdiaconi dignitatibus, vel Canonici ejusdem cathedralis celebrantibus in casu &c.? ab eadem Sac. Rit. Cong. responsum fuit negative cum addito, ut causa amplius non proponeretur. Sic refert Ursaya tom. 8. part. 2. disc. 29. ubi per totum egregie id probat adductis solidis rationibus, & pluribus aliis ejusdem Sac. Cong. Decretis; & signanter in Synoptina 8. Martii 1631. in Clusina 20. Aprilis 1641. in Brundur. 7. Decemb. 1658. in Tolentina 7. Apr. 1698. & in Nucerna Paganorum 25. Jan. 1698. ubi declaratum fuit, quod diaconus, & subdiaconus inservientes Canonico celebranti, debeant esse etiam Canonici, sive juniores, sive antiquiores sint ipso Canonico celebrante, & non alii inferioris ordinis, non obstante quod in aliqua cathedrali non sint distinctæ præbendæ in sacerdotales, diaconales, & subdiaconales, ut in cathedrali Alexandrina, in cit. Nucerna Paganorum ac variis aliis, & etiam non obstante contraria consuetudine, quæ potius abusus est, & corruptela. Vide ibi num. 75. Dig-

88. Dignitas prima, si velit functiones episcopales facere, debet etiam missam canere, aliis pertinent ad subsecutionem cum eadem conditione. Sac. Cong. Rit. in Arcetina 30. Januarii 1612. in Tirasonen. 1. Martii 1614. & in Nerionen. eodem die & anno. Dignitas prima, quæ vult portare Sanctissimum Sacramentum in processione, absente Episcopo, debet missam cantare; quod si noluerit, debet Sanctissimum Sacramentum portare ea dignitas, vel Canonicus, qui missam celebraverit. Sac. Cong. Rit. in Boren. 19. Januarii 1608. & 23. Martii 1709. in respons. ad 4. teste Ursaya tom. 2. part. 1. disc. 20. n. 19. Nec venit, quod prima dignitas celebret missam ante processionem SS. Sacramenti, & deinde altera dignitas minor gesserit illud in processione. Eadem Sac. Cong. Rit. 30. Junii 1632. Canonici non suppleunt vices Protonotariariorum, & aliorum inferiorum, sed bene vices dignitariorum. Sac. Rit. Cong. in Melvitana 13. Junii 1617. Canonici, & dignitates, quæ habent annexam præbendam cum onere cantandi epistolam, sive evangelium, non tenentur ministrare inferioribus. Sac. Cong. Rit. in Salmarina 10. Januarii 1604. Canonici non sunt cogendi ad cantandam epistolam, vel evangelium, quando alius Canonicus, seu dignitas celebrat, nisi quando præbendæ sunt distinctæ. Sac. Cong. Rit. in Taroesina Cryptalitarum 7. Sept. 1605. Canonici, qui habent præbendas diaconales, vel subdiaconales, tenentur ministrare, & inservire dignitatibus, & aliis Canonis, quando missas celebrant solemnes, vel vespers. Sac. Cong. Rit. in Birtunin. 9. Februarii 1608. Canonici, diaconi, & subdiaconi in quibusdam solemnitatibus, etiam non celebrante Episcopo, cogi possunt ad cantandam epistolam, & evangelium, non obstante quocumque prætextu, vel consuetudine in contrarium. Sac. Rit. Cong. in Januarii 29. Dec. 1602. Canonici tamen non tenentur, nec debent cogi ministrare in officio diaconi, vel subdiaconi Mansionariis, & aliis inferioribus presbyteris celebrantibus non obstante consuetudine. Sac. Cong. Rit. in Hispanen. 10. Januarii 1601. in Cadicen. 23. Novemb. & 1602. & in Mater. 5. Junii 1614. Assistentia, quæ fit ad missam & vespers debet fieri cum Pluvialis. Sac. R. Cong. 3. Augusti 1602. Canonici tenentur inservire pro diacono, & subdiacono dignitatibus, ac eorum coadjutoribus solemnitè celebrantibus, non obstante contraria consuetudine. Sac. Cong. Rit. in Clusina 20. April. 1641. in Brundusina 7. Decemb. 1655. in Casalen. 28. Jan. 1690. in Tolentina. 7. April. 1696. & in Neapolitana 25. Jan. 1698. Et non tantum Canonici juniores, sed etiam antiqui, & antiquiores, S. C. Rit. in Nucerna Paganorum 25. Jan. 1698. Dignitates vero nunquam debent Canonici celebrantibus inservire. Eadem Sac. Cong. R. in Gerund. 3. Octob. 1699. Circa missas privatas, an possint Canonici eas celebrare tempore, quo Episcopus solemnitè celebrat, vel conlocatur, extat decisio Sacre Congregationis particulare deputata à Clemente XI. in una Casalen. pro resolutione variorum dubiorum, in 101 ter quæ erat dubium 18. ut sequitur: decimo octavo; an Canonici valeant celebrare missas privatas in cathedrali tempore, quo Episcopus celebrat solemnitè, vel conlocatur, die 11. Martii 1708. censuit ad 18. tempore celebrationis servandum esse statutum ecclesiæ, tempore vero concionis negative. Et hæc decisio, & resolutio fuit à Sanctissimo pro Breve confirmata, ut refert Eminentissimus Petra tom. 3. comment. ad constit. 1. Nicolai III. n. 17. & comment. ad constit. 1. Urbani IV. n. 16. dicit se (dum erat Secretarius Concilii) fuisse deputatum Secretarium dicte particularis Congregationis habitæ una cum Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Nuntio Archiepiscopo Nicæno, & Secretario S. C. Episcopo, & Regul. Inghirami Secretario S. C. Rituum, & Marefusco Secretario S. C. Immunitatis, coram Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Josepho Vallemano.

102. * Contra Canonicos non residentes ultra amissionem distributionum quotidianarum potest Episcopus procedere per multas pecuniarias, atque alio juris remedio ad residuum ipsos compellere. Sic expresse Sac. Congreg. Concilii in Jaderen. vulgo Zara 17. Septemb. 1610. ibi: "Sacra &c. censuit, non inservientes ecclesiæ, nec di-

vinis interestes ultra amissionem distributionum quotidianarum, posse ab Archiepiscopo per multas pecuniarias, atque alio juris remedio compelli? Et idem respondit in Castellatanen. 7. Julii 1659. & sæpe alibi.

Quoad residentiam Canoniorum advertendum est, quod aliquibus peculiaribus Canoniorum capitulis, vel ratione paupertatis reddituum, vel consuetudinibus, attento etiam numero Canoniorum, & aliorum inservientium, solet quandoque concedi indulgentia assistendi choro, aliisque functionibus per mediarias, id est, per mediā partem ipsorum vicissim, ut in Sanctæ Severinæ, in qua ad propositum dub. * An omnes Canonici, & clerici cathedralis ecclesiæ S. Severinæ vigore donationis expleta per bon. mem. Archiepiscopum Berlingertum teneantur quotidie intervenire servitio ecclesiæ, seu potius sit indulgentium, ut possint alternative, & facta divisione per alternum, & hebdomadā interesse eidem servitio, exceptis temporibus adventus, quadragesimæ, rogationum, aliisque Vigiliis, & omnibus diebus festis in casu? S. C. Conc. die 13. Julii 1725. Respondit: *Esse indulgentiam alternatam cum solitis clausulis*; apud Thesaurum Resolut. tom. 3. in d. S. Severinæ.

Et quævis in Cathacen. servitii chori eadem S. Congregatio improbasset consuetudinem capituli cathedralis inserviendi choro per tertiaras, id est, quod singuli inservirent una ex ternis hebdomadibus in turno per totum annum respondendo Negative ad dubium die 25. Novemb. 1688. et propositum: *An liceat Capitulibus inservire per tertiaras in casu &c.* Tamen reposita causa die 5. Septemb. 1699. ad instantiam ejusdem capituli sub consueto dubio: "An esset standum, vel recedendum à decisio, Sac. Congreg. stetit in decisio, sed attenda tenuitate reddituum, censuit, ex gratia indulgentium esse, prout benigne indulsit, præfatis capitularibus; ut nototanni tempore per mediarias, id est, per dimidiam eorum partem alternis hebdomadis missæ, matutino, & vespertinis horis interesse valeant, ita tamen ut diebus dominicis, & festis de præcepto, tempore adventus, & quadragesimæ, & Octavarum Nativitatis Domini, Purificationis Resurrectionis D. N. Jesu Christi, ac Sanctissimi Corporis Christi ultra medietatem capitularium, qui non merent de servitio, missæ, & vespers inservire teneantur *ut in lib. 49. decr. pag. 311. & 312.* Quæ resolutio in terminis refertur, & confirmatur in alia Castri Maris servitii Chori, in qua ad dubium. *An sit standum, vel recedendum à decisio in casu &c.* Ead. S. Cong. die 30. Julii 1635. respondit: "In decisio, sed ex gratia indulgentium esse, ut in servitio possit per mediarias, ad formam præscripti in Cathacen. servitii chori 5. Sept. 1599." Sic apud Thesaur. Resolut. tom. 7. in d. Castri Maris servitii Chori. Consimile indultum concessum fuit dignitatibus, & Canonis collegiatae S. Mariæ Majoris in Tranen. in qua ad dubium. "An dignitatibus & Canonis collegiatae ecclesiæ S. Mariæ Majoris Barui sit concedenda gratia inserviendi d. ecclesiæ alternatim, & per hebdomadas in casu &c." Ead. S. C. Conc. 22. Novemb. 1736. Respondit: *Affirmative cum solitis clausulis*, apud Thesaur. Resol. tom. 8. & sæpe idem alibi.

Et quia Canonici, & beneficiati quandoque ultra progressi sunt petentes sibi imperitari indultum inserviendi per mediariam, etiam diebus festis, Annuendum non esse respondit S. Cong. Conc. in una civitatis Castellæ servitii Chori, in qua ad dubium, *An & quomodo dignitatum, & canonicorum precibus sit annuendum in casu &c.* die 14. Junii 1738. prodit Rescriptum: *Negative, & serventur resolutiones dierum 30. Jan. & 17. Apr. 1728. & amplius.* Sic apud Thesaurum resolutionum tom. 8. in d. civitatis Castellæ servitii Chori. In qua prius proposita die 20. Maji ejusdem anni 1728. afferuntur citatae resolutiones dierum 30. Januarii & 17. Apr. 1728. Vide ibi, ubi etiam alia ad rem. Et insuper in Rossanen. servitii Chori, & distributionum quotidianarum, in qua ad dubia. I. "An in omnibus diebus dominicis, & festis dignitates, canonici, & alii de capitulo missæ conventuali, aliisque divinis officiis interesse debeant, vel potius eis liceat etiam prædictis diebus per quartariam inservire, per assistentiam nempe

BIBLIOTECA CENTRALI

munis dignitatis, quinque canonicorum & sex presbyterorum. II. An sit locus augmento distributionum, quomodo, & in qua summa: & quatenus affirmative. III. An donec idem augmentum non fuerit factum teneantur omnes diebus dominicis, & festis choro, & ecclesie interesse in casu &c. Ead. Sac. Congr. Conc. die 1. Martii 1738. Respondit: Ad I. Affirmative quoad secundam. Ad II. habetur in casu recutusus cum opportunis documentis. Ad III. Affirmative. Sic apud Thesaur. resolut. tom. 8. in d. Rossanen. 106
 Canonici, & dignitates ubique ad psallendum tenentur, non obstante qualibet contraria consuetudine, aut presumptis privilegiis. Benedicimus XIV. tom. 1. constitut. 103. incip. Cum semper §. 25. *
 107 Ex decreto S. Congreg. Rituum 2. Sept. 1741. in Aque. Canonici non tenentur extra chorum ad psalmos graduales, poenitentiales, officium B. M. V. & defunctorum, cum recitanda sint tantum in choro, ubi est consuetudo, & nequeant Canonici ad illorum recitationem cogi, ubi recitari non consueverunt, ut decrevit Sac. Cong. Concil. in Montis alti 28. Septemb. 1754. in qua ad dubium: An Canonici ecclesie cathedralis Montis-alti ultra horas canonicas teneantur quoque in choro recitare officium defunctorum, B. M. V. psalmos poenitentiales, & graduales, diebus in breviario designatis, sive potius sit servanda consuetudo in casu &c. die & anno, quo supra, respondit: Servandam consuetudinem. Unde non est attendendum decretum Cong. Episc. & Regul. in Alexandrina 18. Martii 1587. prout mendose refertur. à Crispino in Visita. Pastoral. part. 2. §. 20. contrarium sentiens quoad officium B. M. V. cum in eo legatur tantum: *Canonicos debere hortari ad recitandum in choro Officium B. V. diebus in breviario prescriptis, non autem cogi, ubi non est, solum.* Vide in nostro tomo 10. decreta S. R. C. sub num. 1112. tum Appendicem resolutionum S. R. C. sub num. 307.
 108 Cum ab antiquo, & immemorabili tempore Canonici ecclesie cathedralis Casalensis diebus dominicis, aliisque festis infra annum occurrentibus, quando à musicis vesperis decantantur consueverint eo tempore in choro bini, & bini vesperas & completorium recitare; excitatum est dubium, an per eum modum recitandi completorium satisfaciatur Canonici muneris suo: pro cuius declaratione Episcopus Casalen. & Canonici predicti ad Sac. Rit. Congregationem recursum habuerunt; & Sacra eadem Congregatio, iis omnibus mature expensis quæ in hanc rem deducta sunt, rescripsit: *Canonicos non satisfacere obligationi chori recitando modo predicto completorium tempore, quo à musicis vesperas decantantur.* Vide in nostro tomo 8. decreta Sac. Rit. Congreg. sub n. 1589.
 109 Ad rem placet adhuc è penu Institutionum Ecclesiasticarum Benedicimus XIV. proferre sequentia. Canonici, & beneficiati tenentur ex jure ecclesiastico recitare officium divinum cum eo discrimine, ut beneficiati ubique locorum possint huic muneris satisfacere, Canonici vero cathedralium, vel collegiarum præstare id in choro tenentur. Inst. eccles. 107. §. 7.
 110 Nec solum tenentur assistere, sed etiam alta voce recitare, & associare cantum horarum canonicarum, nulla in contrarium obstante consuetudine, ut ex dispositione S. Concilii Tridentini sess. 24. cap. 12. de reform. evincitur. Idcirco tenentur Canonici, & alii additi choro cantum Gregorianum addiscere, ut in folio exhibito Sac. Congregationi in causa Murana Mansionaria die 13. Novemb. 1735. à Secretario ejusdem Congreg. demonstratur. Inst. ead. 107. §. 15.
 112 In Tridentino quidem injunctum est, ut omnes divini per se, & non per substitutos compellantur obire officia, sed ut censuit Sac. Congregatio, non est sublata capitularibus facultas sese invicem substituendi, dummodo substituens & substitutus eidem servitio adscripti non sint. Cavendum est tamen, ne nimis frequentes sint istæ substitutiones. Non possunt uti hac facultate illi Canonici, qui extra civitatem, vel suburbia consistunt. Nec ea uti potest nisi Canonici, vel Mansionarius, non vero coadjutores eorum, ut ex pluribus decretis Sac. Cong. ibid. §. 17. 18.
 113

Si chorus ecclesie afficiatur incommodis, puta hiemali tempore, potest adaptari eidem muneri præstando aliqua capella ejusdem ecclesie, ut ex decreto Sac. Congr. ibid. §. 19.
 In ordine ad recitationem horarum præfertur illa sententia, quæ docet, eos qui horis admiscet jocos, risus, & cachinnos &c. & constabulationem in choro, reos esse peccati gravis, & ad restitutionem teneri, ib. §. 25.
 In Decretali Dolentes de celebr. Missar. pena in eos, qui hæc similia agunt, suspensionis indicitur, hæc tamen suspensio est ferenda, non late sententia; ut explicavit. Honorius III. in cap. 3. de vita & honest. Clericor. inserto in quinta compilatione Decretalium edita à Cironio; ibid. §. 29.
 Mos non multatim Canonicos, nisi cum supervenerint in choro post absolutum primum nocturnum cum lectionibus, vel post sex priores psalmos in matutinis de feria, etiamsi consuetudo adsit, probatur à Sac. Congregatione Concilii in Iseramen. Visitationis die 24. Maji 1674. ibid. §. 23.
 Missa conventualis, quamquam non veniat nomine horarum canonicarum, venit tamen nomine officii; quare si cathedralis, & collegiarum Canonici tenentur ad quotidianum officium divinum, tenentur etiam ad quotidianam celebrationem ejusdem missæ §. 11.
 Immemorabilis consuetudo non excusat Canonicos cathedralium, & collegiarum insignium à residentia; bene tamen in collegiatis non insignibus & ruralibus, in quibus adeo tenues sunt redditus, ut Canonici aliunde non habentes, unde vivant, non habent. Ibid. §. 31. ex decret. S. Congr.
 Absentia à choro per tres menses non intelligitur permissa à Tridentino, si ecclesie constitutiones servitium totius anni absque ulla intermissione requirant: qua in re nulla contraria consuetudo etiam immemorabilis admittitur, ut censuit Sac. Congr. in suo decreto ibid. §. 36. ibid. §. 34.
 Ad vacationem trium mensium concessam à Tridentino non requiritur licentia Episcopi, si tamen intra diesim consistant, requiritur autem vicissim, si se ab illa absentent; petita tamen non debet ab Episcopo negari; ita ex decretis Sac. Cong. ibid. §. 36.
 Canonici vigore trimestris à Concilio Trident. sibi concessi non possunt simul abesse à choro ultra tertiam partem uno & eodem tempore, nec vacationem hanc obtinere possunt tempore quadragesimæ, & adventus, & in festis solemnioribus. Ita ex decreto S. Cong. ib. §. 34.
 Pro absentibus habentur, qui absunt ab ecclesie servitio toto vicibus, ut prescripta quantitas trium mensium annuo spatio superetur. Hinc Sacra Congregat. decidit plusquam trimestrem valere, ut censeantur absentes; nec approbavit illos, qui calculum conficiebant ab hora, & non à die in diem, ita ex decreto S. Congr. ibid. §. 33.
 Absentes à servitio tempore vacationis non lucrantur distributiones quotidianas, nisi concessæ sint illis à constitutionibus confirmatis à SS. Pontificibus ante Concilium Trident. Ita ex decreto S. Congr. ibid.
 Canonici, qui abfuerint ultra trimestre, non sunt citandi, ut veniant ad servitium ecclesie, qua in re differunt à curatis non residentibus, qui ex Concilii prescripto citandi, vel admonendi sunt, ut contra illos procedatur. Vocandi sunt igitur Canonici, ut deducant causam, cur non debeant privati medietate, sive omnibus fructibus, juxta præscriptum Sac. Cong. Conc. Ita ex decreto S. Cong. ibid. §. 37.
 Porro ut tunc procedatur ad privationem canonicatus, præcedere debet trium annorum absentia, tum expediendæ sunt tres citationes contra absentem, qui dein expectandus est per sex menses, iisque elapsis, si non comparet, ad sententiam privationis procedatur. Ita ex decretis Sac. Congr. ibid.
 Attamen intra hoc triennium expectationis procedi potest ad suspensionem delinquentis, juxta dispositionem cap. Ex tua, de Cler. non resid. Quod etiam fieri potest inchoata jam via procedendi à Concilio prescripta; attamen tunc pergendum non est ad sententiam privationis. Ita ex decret. Sac. Congr. ibid. §. 38.
 Alia

Alia ad rem vide verb. Distributiones (Vid. lit. B. pag. 371. num. 4. lit. D. pag. 86. per tot. verb. Beneficium & Beneficiatus). *
 128 Residencia Canoniorum ecclesiarum cathedralium & collegiarum, non debet amplius regulari statutis, & consuetudinibus earumdem ecclesiarum, sed à Concilio Tridentino sess. 24. cap. 2. de reform. quod injungendo Canonici onus residentie, contrariis omnibus consuetudinibus, & statutis derogavit, ut aliis cumularis firmavit Rota in Monasterien. Parochialis 16. Februarii 1748. §. 6. coram Illustrissimo Migazzi, & 28. Junii ejusdem anni 1748. §. 3. coram bon. mem. Lan.
 129 At non omittendum est, Summum Pontificem Benedictum XIV. ut ipse refert Inst. eccles. 107. in principio, consilio Sac. Congr. Concil. Interpretis decretum edidisse tenoris sequentis: "Sanctissimus Dominus etiam ex sententia Sac. Congr. Concilii declaravit, immemorabilem consuetudinem non excusare à residentia in ecclesiis cathedralibus, & collegiatis insignibus. In collegiatis autem non insignibus posse excusare, dum tamen sint rurales, prorsus destitutæ, & in quibus numeram antea supra hominum memoriam solum esset residentia, aut quæ adeo tenuis redditus essent, ut Canonicos aliunde non habentes unde vivant, alere non possunt."
 130 Questionis est, an Canonici, qui spatio plurium annorum, decem scilicet, viginti, triginta &c. non resederunt, puniri queant privatione canonicatus, non servato ordine prescripto à Concilio Tridentino cap. 12. sess. 24. de reform. de quo auctor n. 23. Negative Rota in Tuden. servitiorum super privatione 17. Aprilis 1752. §. 3. coram bon. mem. Amadeo.
 131 De servitio, quod Canonici præstare debent choro, tum de aliis, quæ agit hic auctor, consule pro re nata mox dictum Summum Pontificem Benedict. XIV. de Inst. eccles. 107. & §. 1. ad finem. & J

ARTICULUS VI.

Canonici, quoad associationem, & assistentiam debentur Episcopo.

SUMMARIUM.

- Canonici tenentur in eorum habitu canonicali accedere ad domum Episcopi, & illum associare ad ecclesiam celebraturam, vel divina officia auditorum cum capâ accedentem, & finito officio in reditu associare.
- Et ad hoc tenentur non solum ex urbanitate, sed ex debito.
- Etiamsi domus non sit contigua ecclesie, dummodo non multum distet.
- Etiamsi distet per spatium 60. passuum.
- Etiamsi distet per spatium 100. passuum.
- Etiamsi distet per spatium 160. passuum.
- Immo Canonici tenentur accedere ad palatium Episcopi ad effectum eundem associandi ad ecclesiam, non obstante distantia cathedralis 200. & ultra passuum.
- Si vero palatium Episcopi sit longe distans, debet associari ex aliquo loco ad hoc deputato prope ecclesiam, vel ecclesie ipsius atrio, aut scalis vicino.
- Ut Canonici in debita associatione Episcopi deesse non possint, & officia divina non turbentur, debet Episcopus certam horam sui adventus tempore congruo statuere, & significare.
- Et determinata, ac stabilita cum Episcopo certa hora officii, si dato ultimo signo campanæ non veniat Episcopus, possunt Canonici inchoare officium, etiam non expectato Episcopo.
- Si Episcopus post inchoatum officium, ad ecclesiam descendat, tunc satis erit, si quatuor, vel quinque Canonici obviam eant, & major pars canonicorum in choro remaneat.
- Vel saltem duo ex Canonici tenentur ex choro discedere, & obviam ire porrigentes aspersorium. Ferrar. Biblioth. Tom. 11.

- re, & obviam ire Episcopo porrigentes aspersorium.
- Et idem si Episcopus venit eo tempore, quo post decantatum evangelium concio inchoatur.
- Quod si finita concione vellet domum redire, nec pariter Canonici omnes debent deserere missam; sed tantum tres, vel quatuor Episcopum usque ad portam committentur, & statim redeant.
- Sed si post finitam missam vellet discedere, nec expectare, quod hora sexta recitetur, qua de consuetudine ecclesie immediate finita missa cantari solet, Canonici omnes saltem usque ad portam ecclesie committentur.
- Si vero discedat persolutis divinis officiis, tenentur illum associare usque extra portam ecclesie, vel usque ad primum atrium domus Episcopi, quando domus est contigua ecclesie.
- Cetera explanantur ad idem concernentia, tam si Episcopus occurrerit, quàm suffraganeus, ad n. 62.
- Auctoris supplementa, ad n. 64.
- Addition. ex aliena, usque ad fin.

CANONICI tenentur in eorum habitu canonicali accedere ad domum Episcopi & illum associare ad ecclesiam celebraturam, vel divina officia auditorum cum capâ accedentem, & finito officio in reditu associare. Cereimonial. Episcop. cap. 15. ibi: "Cum Episcopus rei divine peragendæ causa ad ecclesiam venturus erit, sive ipse met celebraturus sit, sive alter, debent Canonici omnes in eorum ecclesiastico, & canonicali habitu, appropinquante hora, ad illum accedere, eundemque capâ mundum ex aula, sive camera, quam ad hoc destinavit, ad ecclesiam progredientem comitari, & deducere; & paulo inferius, in redeundo idem ordo servatur." Et sic etiam censuit Sac. Congr. Rit. in Ragusina 8. Martii 1617. & in Tarvisina 10. Januarii 1719. & in Pisaurien. 22. Martii 1653. Et ad hoc tenentur, non solum ex urbanitate, sed ex debito. S. Rit. Congr. in Salamantina 16. Julii 1605. Etiamsi domus non sit contigua ecclesie, dummodo non multum distet. Eadem Sac. Congr. Rit. in Oreen. 16. Maji 1601. & in Conimbricen. 6. Julii 1681. Etiamsi distet per spatium 60. passuum, qui habetur pro modico spatio. Eadem Sac. Congr. in Theasina 14. Decemb. 1602. & in Tifernt. 5. Julii 1603. Etiamsi distet per spatium 110. passuum. Ead. Sac. Congr. in Elven. 10. Januarii 1604. Etiamsi distet per spatium 160. passuum. Eadem Sac. Congr. in Tarracinen. 20. Aug. 1622. Immo Canonici tenentur accedere ad palatium Episcopi ad effectum eundem associandi ad ecclesiam, non obstante distantia cathedralis 200. & ultra passuum. Sac. Rit. Congr. in Turritana 26. Aprilis 1704. ad 6. ut refert. Monacell. tom. 4. in supplement. ad tertium tom. num. 153. Si vero palatium Episcopi sit longe distans, debet associari ex aliquo loco ad hoc deputato prope ecclesiam, vel ecclesie ipsius atrio, aut scalis vicino. Eadem Sac. Congr. in d. Oseren. 16. Maji 1601. Ut Canonici in debita associatione Episcopi deesse non possint, & officia divina non turbentur, debet Episcopus certam horam sui adventus tempore congruo statuere, & significare. Sac. Cong. Rit. in Alborn. & Orcen. 16. Maji 1601. & in Placentina Compostella, 4. Julii 1615. in resp. ad primum dubium. Et determinata, ac stabilita cum Episcopo certa hora officii, si dato ultimo signo campanæ, non veniat Episcopus, possunt Canonici inchoare officium, etiam non expectato Episcopo. Eadem Sac. Congr. in d. Placent. in resp. ad quintum dubium, & in Salamantina 16. Julii 1605. Si Episcopus post inchoatum officium ad ecclesiam descendat, tunc satis erit, si quatuor, vel quinque Canonici obviam eant, & major pars canonicorum in choro remaneat. Eadem Sac. Congr. in d. Placent. in resp. ad primum dubium. Vel saltem duo ex Canonici tenentur ex choro discedere, & obviam ire Episcopo porrigentes aspersorium, ut ead. Sac. Congr. censuit in Lunen. Sarzanen. 3. Martii 1633. his verbis: "Sac. Congr. Rit. censuit, quod Episcopo venienti ad ecclesiam, dum in choro à Canonici recitantur horæ canonicæ, saltem duo ex Canonici teneantur à choro discedere, & obviam ire porrigentes aspersorium." Et idem

idem si Episcopus venit eo tempore, quo post decantatum evangelium concio inchoatur. Eadem Sac. Cong. in d. Placent. in resp. ad secundum dubium. Quod si finita concione, velit domum redire, nec pariter Canonici omnes debent deserere missam, sed tantum tres, vel quatuor Episcopum usque ad portam comitentur, & statim redeant. Ead. Sac. Cong. in d. Placentina in resp. ad tertium dubium. Sed si post finitam missam velit discendere, non expectare, quod hora sexta recietur, quæ de consuetudine ecclesie immediate finita cantari solet. Canonici omnes saltem usque ad portam ecclesie comitentur. Eadem Congr. in Placentina in resp. ad quartum dubium. Si vero discedat persolutis divinis officiis, tenentur illum associare usque extra portam ecclesie, vel usque ad primum atrium domus Episcopi, quando domus est contigua ecclesie. Eadem Sac. Cong. in d. Placent. in resp. ad sextum dubium, & in Pizaurien. 13. Sept. 1646.

Episcopum associare, uti supra, tenentur etiam dignitates, licet ceremoniale tantum Canonicos exprimat; S. C. R. in Perusina 12. Aug. 1601.

Canonici, & dignitates non tenentur associare, & reassociare Episcopum toties, quoties accedit ad ecclesiam, & ab illa recedit, sed solum in solemnioribus diebus, quibus cum cappa ad celebrandum, aut ad assistendum divinis officiis, vel ad pontificalia exercenda accedit; Sac. Rit. Congr. in Perusina 20. Nov. 1601. & in Placentina in resp. ad primum dubium. In ceteris vero diebus, quibus Episcopus private sine cappa, vel ex alia causa ad ecclesiam accedere voluerit, non tenentur nisi ex voluntate, & urbanitate hæc obsequia ei prestare, & satis est, si aliqui ex canonicis, & dignitatibus ad ostium ecclesie occurrant, cui dignior aspersorium cum aqua benedicta ministrare debet, & abeuntem similiter usque ad ostium comitentur. Eadem Sac. Rit. Congr. in d. Perusina 20. Decemb. 1601. Brundusina 2. Mart. 1603. Aculana 16. Decemb. 1606. Ripana 24. Oct. 1609. Saranen. 12. Mart. 1618. Tarvisina 10. Jan. 1619. Sarnen. 30. Mart. 1619. Limana in Indiis 29. Maji 1621. Si autem extet consuetudo, quod Canonici soleant associare Episcopum à cubiculo, seu à camera deputata quoties cum cappa accedit ad ecclesiam ut redeat, & divinis officiis assistat etiam in dominicis diebus, & aliis festivitibus per annum, talis consuetudo servanda est. Sac. Congr. Rit. in Ripana 30. Jan. 1610. Immo Canonici tenentur Episcopum associare, & reducere, etiam cappa non utatur, quando pro loci, aut provincie consuetudine, aut aliâ, cappa uti non solet, aut ejus loco alium habitum ferre solet. Sac. Congr. Rit. in Elboren. 8. Mart. 1600. Canonici omnes non tenentur associare Episcopum ab eo altari, in quo missam planam celebravit, ad sedem episcopalem, si voluerit missæ conventuali assistere. Sac. Congr. in Typhernat. 5. Jul. 1603.

Canonici non tenentur, nisi ex urbanitate associare Episcopum venientem ad cameram capitularem. S. Cong. Rit. in Salamant. 16. Jul. 1605. Canonici & dignitates associantes per civitatem eorum Episcopum Cardinalem non collegialiter, nec cum habitu canonicali, debent illum antea, non autem sequi. Sac. Congr. Rit. in Patavien. 4. Jul. 1626. Canonici omnes non tenentur ire obviam Episcopo suffraganeo venienti ad ecclesiam, ad celebrandum nomine Episcopi proprii usque ad cubiculum, sicuti tenentur ire obviam Episcopo proprio, sed satis est, ut suffraganeo aliqui Canonici obviam procedant usque ad portam ecclesie. Sac. Congr. Rit. in Bracharen. 1. Sept. 1607. Si suffraganeus de licentia Episcopi deferat cappam, tenentur duo Canonici ire usque ad ostium ecclesie; & dignior porrigit ei aspersorium, quo suffraganeus seipsum tantum abstergat, & pariter eum associant in redditu usque ad eundem locum. Sac. Congr. Rit. in Veltina 6. Sep. 1698. in responsione ad primum dubium.

Assistentia à Canonici & dignitate debita Episcopo faciendâ est secundum ceremoniale Rom. Congr. Rit. in una Viren. 31. Jun. 1605. in una Alexandrina 15. Martii 1607. & in Mexicana 4. Apr. 1620. Et hujus ceremonialis dispositionem tenentur Episcopus omnino observari facere in cathedralibus, & in aliis ecclesiis sue diocesis. Eadem Sac. Congr. in Angren. 15. Decemb. 1632. Nisi

tamen adsit laudabilis, & immemorabilis consuetudo in contrarium, ut in Salernitana 16. Jul. 1605. Quia ceremoniale non tollit immemorabiles, & laudabiles consuetudines, sed abusus. Eadem Sac. Congr. in Salamantina 20. Jan. 1604. Casaraugustana 10. Apr. 1604. Mantuana 19. Jun. 1604. Tornacensi 26. Jan. 1612. Brundusina 17. Sept. 1623. Forolivi. 4. Apr. 1615. Hydruntina 30. Januar. 1616. Unde Canonici, & dignitates, & portionarii tenentur assistere Episcopo solemniter celebranti, aut alia pontificalia exercenti. Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. vers. & Episcopo celebranti. Et sic Episcopo celebranti assistere tenentur prima dignitates, & duæ alie dignitates, vel Canonici præter diaconum, & subdiaconum, ministros, qui cantant evangelium, & epistolam. Sac. Congr. Rit. in una Luceni de anno 1609. Assistere enim Episcopo debent digniores, & honoratiores. Eadem Sac. Congr. in Calaguritana 1. Jul. 1601. Et per hoc à prima dignitate, seu dignitate in ordine sacerdotali constituta, assistentia cum Pluviali Episcopo celebranti faciendâ est. Eadem Sac. Congr. in Reatina 10. Jun. 1609. & in Vercellen. 7. Aug. 1610. Et talis prima dignitas, seu dignior in casu, quo recuset sic Episcopo assistere, cogendus est penes, & censuris ecclesiasticis. Eadem Sac. Congr. in ditta Reatina 10. Jun. 1609. & 28. Maji 1616. Prima dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica, & ad assistendum potest cogi sub eisdem penis, & censuris. Ead. Sac. Congr. in Calaguritana 12. Dec. 1620. Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu prælati non choralis, licet sit protonotarius. Ead. Cong. 6. Mart. 1610. Consuetudo, ut dignitates, & Canonici mitram, gremiale, & thuribulum, ac simile ministrant Episcopo, servanda est. Eadem Sac. Congr. in Lamac. 5. Jul. 1603. Assistentia duorum canonicorum semper convenit Episcopo loci ordinario tantum, sive celebret, sive divinis assistat, maxime quando est paratus. Ead. Congr. in Hesina 20. Aug. 1602. in Sarnen. 21. Aug. 1604. in Granata 10. Maji 1608. & in Casaraugustana 9. Maji 1606. Et hi duo Canonici assistentes debent eligi ex numero diaconorum, quando præbenda sunt distincta. Ead. Sac. Congr. in Nolana 13. Maji 1603. & in Placent. Provincia Compostellana 15. Maji 1607. in resp. ad septimum dubium. Canonici duo diaconi assistentes, & non presbyter assistens, debent elevare fibrias pluvialis hinc inde, dum Episcopus progreditur, & thurificat altare; eadem Congr. in d. Placent. in resp. ad septimum dubium. Canonici iidem assistere debent Episcopo, quando facit ordinationes, tam si faciat cum missa solemnî, quàm si faciat cum missa privata. Ead. Sac. Congr. in d. Placent. in resp. ad secundum dubium. Canonici diaconi non debent hinc inde assistere Episcopo, dum is accedit ad ecclesiam, nisi quando est paratus cum pluviali, & mitra. Eadem Congr. in Hesina 2. Aug. 1602. Canonici, qui assistunt Episcopo cum cappa, non tenentur ei ponere, & deponere birretum, sicut tenentur ei ponere, & deponere mitram, sed debet Episcopus sibi de per se extrahere. Eadem Sac. Congr. in Sarnen. 21. Aug. 1604. in Lauden. 4. Apr. 1602. in Thelesina 22. Decemb. 1629. & in Iserni. 21. Aug. 1632.

Canonici tenentur, & cogi possunt ab Episcopo, ut sibi ministrent, & inserviant non modo in cathedrali, verum etiam in quibuscumque civitatibus ecclesiis, ad quas ad publicas, vel solennes episcopales functiones exercendas Episcopus ire contigerit: non tamen extra civitatem. Eadem Sac. Congr. in Typhernat. 5. Jul. 1603. in Salamant. 10. Jan. 1640. in Granat. 9. Maji 1606. in Elboren. 7. Jul. 1612. Dummodo in cathedrali numerus sufficiens canonicorum, & magistrorum remaneat, & officium, & servitium chori non deseratur. Eadem Sac. Congr. in Lamac. 17. Mart. 1607. & in ditta Elboren. 7. Jul. 1612. Non tamen possunt Canonici cogi ad assistendum Episcopo, si accesserit ad alias ecclesias ad celebrandum private. Ead. Sac. Congr. in Typhernat. 5. Julii 1603. Immo neque tenentur Canonici Episcopo assistere missam private celebranti in ipsa cathedrali, ut decisum fuisse à Sac. Congr. refert Scipio de Rubéis in Aphorism. Episcop. verb. Assistentia num. 2. Barbosa de Canon. cap. 33. num. 12. Et quatenus Episcopo in

missis privatis inserviant, non gaudent distributionibus, ut censuit Sac. Congr. Concil. sub die 17. Maji 1618. Si tamen ex consuetudine ecclesie assistere tenerentur, talis consuetudo esset observanda, & Canonici assistentes non amitterent distributiones quotidianas, ut censuit Sac. Rit. Congr. in Lamacens. 25. April. 1608. Canonici cathedralis, si adsint, debent inservire Episcopo pontificalia exercenti extra cathedralem, & non aliis inferiores; cum enim pro parte capituli cathedralis Iserniensis narratum fuisset, Episcopum exercentem pontificalia extra cathedralem adhibere inservientes presbyteros simplices, neglectis Canonici cathedralis, & petum declarari, an conveniat; eadem Sac. Congr. sub die 2. Augusti 1631. respondit, non convenire, sed Canonici cathedralis in casu proposito inservire debere etiam extra cathedralem, & non alios inferiores. Immo ad dignitates, & Canonicos cathedralis, si adsint, pertinet assistere Episcopo pontificaliter celebranti, etiam in ecclesia collegiata, vel parochiali, non autem ad Canonicos collegiatis, vel presbyteros parochialium, etiam si numerus alioquin sufficiens sit presbyterorum. Eadem Sac. Congr. Rit. in Calaguritana Jul. 1601. in Bonon. 20. April. 1602. & in Brundusina 15. Jul. 1617. Et hoc procedit etiam quando Episcopus celebrat, aut missæ, seu vesperis solemnibus quacumque ex causa interest in ecclesiis exemptis, & Sedi Apostolicæ immediate subiectis intrasines tamen sue diocesis existentibus; quia potest ibi sibi assumere suos Canonicos, & ibi habere cum eis circulum ad gloriam, & ad ipsum pertinet confessionem facere cum sacerdote, incensum ponere, & benedicere, ad benedictionem post vesperas, & post missam dare. Sac. Rit. Congr. in Alexandrina S. Petri in Borgo 7. Febr. 1604. Vide tamen verb. Assistentia n. 25.

Canonici tenentur assistere suffraganeo, quando nomine proprii Episcopi functiones episcopales exercet. Eadem Sac. Congr. Ritum in Bracharen. 21. Febr. 1604.

Episcopus enim obsequia prestanda sunt Episcopo delegato, quæ prestari debent deleganti. Eadem Sac. Congr. in ditta Bracharen. 20. Martii 1604. Canonicorum duorum assistentiam habere non debet Episcopus suffraganeus ultra diaconum & subdiaconum, qui sunt cantaturi evangelium, & epistolam, sicut haberet proprius Episcopus. Sac. Congr. Rit. in Bracharen. 2. Sept. 1607. Si tamen consuetudo antiqua id permitteret, esset observanda, ut suffraganeus haberet assistentiam aliorum duorum canonicorum præter diaconum, & subdiaconum. Eadem Sac. Congr. in Tarracon. 7. Julii 1612. Canonici, & dignitates omnes non debent assistere parati, quando Episcopus suffraganeus solemniter celebrat, sed in habitu ordinario, sicut & quando facit ordinationes, consecrationes, & alias similes functiones pro ordinario, quo casu, illi tantum debent accipere paramenta, qui sunt necessarii in ministerio. Eadem Sac. Congr. in Bracharen. 1. Sept. 1607. Canonici diaconi assistentes non tenentur, immo non debent inservire Archiepiscopo de bugia, seu candelâ, sed ea administranda est per capellanum, & non possunt cogi Canonici ad inservendum Archiepiscopo in missis privatis præter consuetudinem. Eadem Sac. Congr. in Ragusina 16. Martii 1659. Canonici autem sui dignitates, qui assistunt juxta consuetudinem ecclesie Archiepiscopo, vel Episcopo privatim celebranti in ecclesia cathedrali, non amittunt distributiones quotidianas. Eadem Sac. Congr. in Lamac. 8. Aprilis 1607. Canonici enim, & dignitates, dum sunt in debita assistentia apud Episcopum, intelliguntur presentes in choro & in ecclesia. Eadem Sac. Congr. in Cameracen. 15. Martii 1608.

Circa assistentiam faciendam à Canonici Episcopo conciones habenti, fuerunt resoluta varia dubia à particulari congregatione deputata à Clemente XI. de anno 1708. in Caraleni, ut tom. 3. comment. ad const. 1. Nicolai III. num. 18. refert Eminentissimus Petrus, qui fuit Secretarius talis specialis congregationis, ut fatetur ipse ad constitut. 1. Urbani IV. num. 16. Dubia igitur, & resolutiones sunt sequentes. Vigesimo septimo. An & qualis assistentia debeat per Canonicos Episcopo concionanti, tam in missis solemnibus, quàm extra, & in Sede Episcopali, quàm in Ambone; tam cum

pluviali, quàm cum mozzeta, & cappa magna? Vigesimo octavo. An, & quibus casibus prædicatis, liceat Episcopo dare solemnem benedictionem prævia solemni confessione? Die 1. Aprilis 1708. Censuit ad Vigesimo septimum, Episcopo concionante pontificaliter intra missarum solemniam servandum concilium provinciale; concionante vero cum mozzeta, seu cappa, servandum decretum S. C. R. die 19. Jun. 1643. tenoris videlicet. Dubium; quæsitum fuit, an Episcopo prædicanti in ecclesia cathedrali in ambone, ubi Prædicatores Ordinarii prædicare consueverunt sine Baldachino, & in habitu mozzeta, & stolæ, debeat assistentia à Canonici, & dignitatibus? Sacra Congregatio respondit: in casu proposito assistentiam non deberi ei, nisi quando cum pluviali, & mitra ad præscriptum ceremonialis Episcoporum voluerit prædicare. Ad vigesimo octavum censuit: in casu, quo Episcopus concionatur pontificaliter inter missarum solemniam, servandum esse ceremoniale, & in reliquis ex deductis negativè; & proposito die 16. Maji dicti anni eodem dubio Vigesimo septimo; an sit standum, vel recedendum à decisis censuit quoad primam, & secundam partem in decisis: quoad tertiam concionante Episcopo, cum cappa, & stolæ, servandum rursus esse Concilium provinciale; concionante vero cum mozzeta, servandum esse resolutionem Sac. Congr. Ritum.

Pro intelligentia assistentiæ debite Episcopo attendenda est resolutio data ad sequentia dubia à Sac. Congreg. Concilii in Licien. die 17. Augusti 1641. ibi: Primò: An decretum Sacri Concilii cap. 12. sess. 24. de Reformatione locum habeat, dum Episcopus in sua ecclesia cathedrali assistit cum cappa missæ, & divinis officiis diebus dominicis, & festivis, etiam non solemnibus, & in diebus ferialibus quadragesimæ?

Secundò, an locum habeat, quando Episcopus in aliis ecclesiis sibi subjectis, in civitate existentibus, pontificaliter celebrat, vel paratus assistit cum pluviali, & mitra, aut cum cappa, divinis officiis, & missæ solemni, vel alia pontificalia exercet, tam occasione aliquis sancti, qui in ipsis ecclesiis solemnizatur, quàm alia occasione, si numerus sufficiens canonicorum, & ministrorum in ecclesia cathedrali remaneat?

Tertiò, an habeat locum, cum Episcopus cum cappa in ecclesia cathedrali assistit concioni, quæ solita est haberi post missam conventualem diebus quadragesimæ, & etiam aliis intra annum?

Quartò, an similiter habeat locum, quando Episcopus intervenit cum cappa concioni, quæ habetur in aliis ecclesiis civitatis, etiam exemptis, diebus festivis, vel ferialibus quadragesimæ, & intra annum, aut si saltem duos ex iis compellere possit ad sibi assistendum hinc inde à sua sede; & si isti duo debeant esse digniores, dummodo non sint legitime impediti, seu illi, qui valent assistere in ecclesia cathedrali, vel omnes per turnum alternis vicibus?

Sacra &c. ad primum respondit, decretum Sacri Concilii cap. 22. vers. Omnes verò sess. 24. habere locum. Ad secundum, & tertium, iidem habere locum. Ad quartum respondit, locum non habere.

¶ Pas est Episcopo servitiis suis adungere saltem geminos Canonicos cathedralis, seu etiam collegiatum, attamen non potest seligere Canonicum, seu dignitatem, neque etiam coadjutorem. Ita ex pluribus decretis Sac. Congr. Inrit. eccles. 107. §. 57.

Ex lege Concilii Trident. sess. 24. cap. 12. possunt cogi Canonici Episcopo celebranti, vel alia pontificalia exercenti, assistere, & inservire. Porro ex decretis Sac. Congregationis discimus, Episcopo in cathedrali celebranti in pontificalibus inservire teneri omnes, iis exceptis, qui legitimis vacationibus absunt. Tenentur vero etiam præstare illi munus subdiaconi, quod verum est, etiam si Episcopus celebret, seu ordines ministrat extra cathedralem, intra diocesim, & suburbia; tenentur enim etiam tunc præstare munus diaconi, subdiaconi, presbyteri assistentis, & illorum canonicorum, qui Episcopo ordines ministrant cum Archidiacono adsunt. Ita ex pluribus decretis Sac. Congr. ibid. §. 68.

Porro hæc assistentia locum habet etiam cum Episcopo